



Ra. p  
3.

N. 92

S U P P L I C A T I O  
A D  
P O T E N T I S S I M U M  
B O R U S S I A E R E G E M  
F R E D E R I C U M

Quâ quietis , & locorum suorum conser-  
vationem demississimè postulant

*Quidam Clivenses Presbyteri.*





POTENTISSIME REX, SERENISSIME  
PRINCEPS, CLEMENTISSIME DO-  
MINE,

**C**um rumor eat, omnes civitatis Vestrae & Di-  
strictus Embricensis Presbyteros, laicosque  
Romano-Catholicos propediem Decreto etiam  
Regio adigendos, ut Theodorum de Cock,  
Sacerdotem ex Hollandia profugum, & Embricæ impra-  
sentiarum commorantem, Episcopum seu Ordinarium  
in Spiritualibus agnoscant, ejusque mandatis imposterum  
pareant, non abs re fore judicavimus, MAJESTATI  
VESTRAE REGIÆ, eâ quâ par est reverentia, expo-  
nere rationes, quibus moti nos infra scripti, aliquæ com-  
plures, eum haçtenuis non acceptandum duximus.

Ecclesiæ & Conventus Civitatis & Districtus Embri-  
censis, alium à fundationis exordio Episcopum in Spi-  
ritualibus hanc usque in horam non agnoveré, quam E-  
piscopum Ultrajectensem, aut, Sede Vacante, ejus Vica-  
rium.

Constat hoc imprimis de Ecclesiis Parochialibus vel ex  
eo solum, quod, Waffenbergo in sua Embrica testa,  
Praeposito Embricensi, titulo officioque Archidiaconi  
Ultrajectini hodiecum adhuc gaudenti, subfint. Nam  
cum ex Jure Canonico Episcopus & Archidiaconus, qui  
*oculus Episcopi* nuncupatur, sint correlativa; consequens  
est, Ecclesia Parochiales eum agnoscere Episcopum, cu-  
jus Archidiaconum suspiciunt ac venerantur.

Dependentiam Conventus Monialium S. Agnetis Em-  
bricæ

( 4 )

bricae ab Episcopo Ultrajectino speciatim commonstrat, inter alia, formula, quā Rextrix hujus Conventus, seu Mater recens electa, suo, totiusque Conventus nomine, Episcopo Ultrajectino, & Visitatoribus, ac Confessario, ab ipso designandis seu praficiendis, obseruantiam spondere conluevit, cftque hujus tenoris:

*Ich Suyter N. Moeder deszes huys, gelove voor my ende  
onze huys, mynen eerweerdigsten Heere den Bischof van  
Utrecht, ende uyt zynen beveele den Visitatoors ende Biegt-  
vader deszes huys in der tyd geboorzaembeyd na Sant Au-  
gustinus regel.*

Id est :

Ego Soror N. Mater hujus domus, reverendissimo Domino meo Episcopo Ultrajectensi, & de mandato ipsius Visitatoribus, & Confessario hujus domus in tempore exiftentibus, meo & domus noſtre nomine obedientiam secundum S. Auguftini regulam promitto.

De Conventu DD. Fratrum S. Gregorii, imò & de Ecclesia Archidiaconal S. Martini Embricæ, idipsum fat firmis argumentis nuperim evicit Hermannus Perri, prefati Conventus Superior, in libello 1702. impresso cui titulus, *Documenta verifima, &c.*

Adeò ut nullus dubitationi locus sit, quin Ecclesia & Conventus Civitatis Vestre, & Districtus Embricensis Episcopum Ultrajectensem, aut, Sede vacante, ejus Vicarium, Ordinarium in Spiritualibus semper agnoverint, coluerintque.

In confesso autem est, quod statim ac fama Petrum Coddaem, Archiepiscopum Sebaftenum, anno 1689. confitutum & admisum, adeoque legitimum Ordinarii Ultrajectensem, & per confequens etiam nostrum, Romani Pontificis iussu anno 1702. ab officio suspensum nuntiaverat, Clerus Ultrajectinus, qui jurisdictionem Spiritualem, Capitulis Cathedralibus Sede vacante propriam, se possidere haſtenus contendit, hujus jurisdictione-

{ 5 }  
dictionis exercitium Jacobo Catso, Vicario suo Generali, commiserit.

Theodorum verò De Cock, qui se Archiepiscopo præfato à Papa Romano Clemente XI. surrogatum undique divulgabat, Clerus ille constantissime recusavit, tum, quod de legitima Archiepiscopi sui fulpenione ei non sati confaret; tum, quod obtrudi à summo Pontifice Clero, rationabiliter invito, Provicarium, privilegiis, quibus à saeculo potiuntur, & Ecclesiæ fideliumque salutis contrarium existinaret; tum denique, quod supremi Hollandiae & Ultrajectinae Provinciæ moderatores eum agnoscerè omnibus subditis feverissime inhiberent.

Quod cum audivimus, nos, ex dictis Episcopo Ultrajectensi, aut, Sede prout nunc vacante, ejus Vicario generali, à Capitulo canonice electo & admisso, quantum ad spiritualia, subiecti, non Theodorum de Cock, à Clero seu Capitulo Ultrajectensi recusatum, sed Jacobum Catsum, à Clero prædicto constitutum Vicarium generalem, acceptandum duximus, & hoc usque acceptavimus.

Contendit, fatemur, Romanus Pontifex, contendit & Cockius, nullum amplius Ecclesiæ Metropolitana Ultrajectinae Clerum Cardinalem existere, neque jurisdictionem Spiritualem, Capitulis Cathedralibus Sede vacante propriam, ulla ei ratione competere. At contrarium sufficiunt Sacerdotes, qui se Clerum seu Capitulum Ultrajectense jam à saeculo inscrubunt, fortissimè rationibus jurisdictionem, qua de loquimur, Scripto publico, cui titulus, *Affertio juris Ecclesiæ Metropolitanæ Ultrajectinae*, &c. sibi asterunt, ac pacificè ejusdem possessione à Reformationis exordio se gaudere ad solem demonstrant. Quin & paratissimi sunt, eam legitimo iudicio jura sua defendere, &, si cauicadant, aliquem pro summi Pontificis arbitrio præciendum agnoscerè.

Cum igitur causa ista in dubio ut minimum versaretur, facile nobis MAJESTAS VESTRA annuet, concedetque, nos rectè egisc, Cleri partes, cuius *conditio* ob immemorialem, certam, ac pacificam *possessionem*, quam luculentè demonstrat, *in dubio isto potior erat*, contra Pontificem & Cockium amplexando, atque eum, fulpento tantisper Archiepiscopo Sebaffeno, & lite pendente, recipiendo, quem Clerus ille recipit; eum verò repudiando, aut reculando, quem idem Clerus repudiat, aut refutat.

Nec in animum inducere nostrum possumus, ut credamus, id Serenissimo Electori Palatino potuisse, aut posse disPLICERE, utpote Principi, aequitatis amantissimo, cui proinde nihil potest esse antiquius, nihil accidere gratius, quam ut singulis quibusvis Ecclesiis sua jura ferventur. Quemadmodum ergo sua Serenitas nollet, Clerum suæ ditionis, Juliacensem verbi gratia, Archiepiscopo Colonensi in Spiritualibus subditum, constringi, ut Archiepiscopum, vel Vicarium generalem Colonensem agnoscat, à Clero seu Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ Colonensis non receptum; sic à pari arbitramur, eandem suam Serenitatem nolle, ut Sacerdotes, Archiepiscopo & Ecclesiæ Metropolitanæ Ultrajectinæ, ex dictis individualiter subiecti, Episcopum, vel Vicarium recipient, à Clero seu Capitulo præfata Ecclesiæ haud receptum.

Ait prater rationem paulo fusius hucusque deductam, alia est, qua animos nostros meritò suspensos detinuit, detinetque, ne sapè memoratum Theodorum de Cock Provicarium agnoscamus. Verebamur siquidem, & adhuc veremur, ne Virum istum recipientes, justam REGIÆ MAJESTATI VESTRÆ indignationem, stomachumque moveremus. Qui timor ne inanis videatur, finat MAJESTAS VESTRA nos reverenter exponere, qua ejusmodi nobis metum incusserunt.

Omnibus imprimitur, hunc Theodorum de Cock  
per

per programma publicum *de enormi criminis*, in supremum Hollandiae senatum, ejusque Perillustrem Praesidem nominatim commisso, die 8. Augusti 1703. postulatum, & cuilibet eum fuga elapsum comprehendenti, & in manus judicis tradenti, premium ter mille florinorum monetæ Hollandicas promissum fuisse, quod enorme ejusmodi facinus contra supremam Potestatem, in aliorum exemplum, pæna condigna plecteretur. Cum autem nobis haud lateat, quod MAJESTAS VESTRA Præpotentes Hollandiae Ordines seu Confederatos & amicos suos impensè colat; quis nostrum auis fuisse, Virum, prefatis Ordinibus tantopere ingratum, & invisum, in Civitate Vefra & Districtu Embricensi palam Episcopum seu Ordinarium, etiam in Spiritualibus tantum, salutare?

Præterea memoratus De Cock eam hactenus in regendo normam ac rationem temuit, ut non nisi ad turbas ac tumultus seu per se, seu per emissarios suos, ciendos, atque ad Ecclesiam, patriamve dissensionibus implendam, natus videatur. Fixum enim illi, rationum est, quosvis ipsum non acceptantes, non prout recta ratio dictat, auditos prius, & rebellionis, alteriusve criminis legitimo iudicio damnatos coercere, & ad obsequium pænis condignis cogere; sed inauditos, indemnatos loco removere, subditos contra ipsos incitare, aut impunè faltem eis permittere, ut in legitimos Superiores confurgant, corum imperium detrectent, Ecclesiæ, conciones, communionem corundem devitent; atque ita violento & iniquo modo compellant, aut prefatsum de Cock Superiorum agnoscere; aut officiis suis & locis renuntiare. Quæ in Conventu S. Agnetis Embricensi à Monialibus contra legitimum Superiorum Paulum Roseam, virum fermè septuagenarium, & Conventui predicto annos quinque supra triginta Præpositum, anno fere integræ actitata sunt, & adhuc indies, magno piorum omnium luctu.

&amp;c



& pūfillorum scandalō, ipso, quod verē stupendum, Cockio coram spectante, & tantum non applaudente, actitantur, huic probando sola sufficerint; de quibus cum Supremum MAJESTATIS VESTRÆ Regimen Clivense sat superque instrūctum sit, nil modo attinet dicere. Qū porro auderemus Virum, iustitiae pacisque publicae adeo inimicum, in aliquo hujus Ducatus Vestri angulo Episcopum, seu Provicarium uti vocant Apostolicum, acceptare, quibus exploratissimum est, nil MAJESTATI VESTRÆ aquæ cordi esse; ac iustitiae exactam in omnibus regni sui ditionibus administrationem, pacisque publicæ utrobique conservatiōnem?

Quid? quod Theodorus ille De Cock Petro Rosmeulen, Officiali Embrisensi, in manus trudere non formidaverit Manuscriptum latinum, cui titulus: *Quæsio de Investitura Huijensis*: In quo quidem libello contra omne fas non solum Henricus Holle, à supremo Cliveni Regimine Pastor Huijensis constitutus, *presentis Huijensis Pastor*, *Sacrigenus Sacramentorum dispensator*, *vir effrontis consumacis*, &c. appellatur; Præpositi etiam Embrisensi dignitas officiumque Archidiacionale in dubium revocatur; & Officialis ipsius jam nominatus, veluti *legum Ecclesiasticarum transgressor*, *illicitarum functionum cooperator*, *aliorumque complurium malorum reus traducitur*; verum & indubitate MAJESTATIS VESTRÆ juri patronatus, ipsique supremo Cliveni Regimini audacter ac temere insultatur, dum inter alia dicitur: *D. Henricus Holle adixit Regimen Clivense Acatolicum, quod SIBI JUS ASSUMIT CONFERENDI PAROCHIAS: petiit, & soluta pecunia summa obtinuit pastoratum Huijensem, &c.* Numquid iustissimum nobis scrupulm tanta hominis extranei, profugique audacia injiceret, quo minus eum adeo indigna, & MAJESTATI VESTRÆ, eisque Regimini injuriosa clam spargentem, superiorum

rem nostrum agnosceremus, præsertim cum nos haud fugeret, eum à Fisco desuper accusatum, & hactenus abfolutum non esse?

Merito denique dubitare liceat, num REGIA VESTRA MAJESTAS superiorum Ecclesiasticum in suis provinciis agnoci impune fineret, qui Romanae Curiae usque adeo adulatur, tamque cæcam ab omnibus promiscue obedientiam erga Decreta Brevia Romana exigit, ut Presbyteris mandare non vereatur, quatenus formula subscrifiant, quâ *toto corde seipso* Decretis Sedis Apostolica subjicere profiteantur. Sinet quidem, verum est, MAJESTAS VESTRA, ut à subditis Romano-Catholicis ejusmodi formula subscriberetur, si subscriptio Decreta tantum spectaret, ab Ecclesiâ universâ recepta, aut *Ecclesiam non gravantia*, aut *Ecclesiâ libertates non ledentia*, aut *juri summe Potestatis non adversaria*, aut ex *Canonum disciplina condita*, aut *provinciarum pacem non turbatura*, ac *rite per easdem publicata*, aut alia simili limitatione expressa. At MAJESTATI VESTRÆ REGIÆ acceptum fore, si quis in hunc Ducatum Vestrum Provincarius, aut Vicarius Apostolicus irrepereret, qui mandare subditis ausit, ut illimitate & simpliciter Decretis Brevibusque Romanis qualibuscumque *toto corde se* subscrifiant, adduci non possumus ut credamus: hoc præsertim calamitoso tempore, quo experientia Ducas Lotharingia, Ducas Sabaudia, Reipubl. Polonica, ipsiusque Imperatoris semper Augusti discimus, Decreta & Brevia Romana ad Regum etiam & Principum saecularium causas imperiaque nonnunquam extendi. Displiceret fane illiusmodi Curia Romanae adulator & Regi Christianissimo, in regno ejus, quantumvis Catholicó, locum, ubi pedem figeret, haud reperturus. Cum igitur compertum nobis esset, Theodorum de Cock Presbyteris quibusdam Clivia, Confratribus nostris, ejusmodi formulam proposuisse, atque ut ei sub-

scriberent, præcepisse, metus non vanus REGIÆ MAJESTATI VESTRÆ disiplicendi nos tantisper suspensos tenuit, quo minus Virum hunc Provinciarium, seu Ordinarium loci agnosceremus, & donec de absoluta MAJESTATIS VESTRÆ voluntate nobis constabat, fulpensos tenebit.

Quæ quidem omnia hic proferimus adducimusque, non animo accusandi, aut denigrandi apud MAJESTATEM VESTRAM sapientum Theodorum de Cock; sed eo fine duntaxat, ut MAJESTATI VESTRÆ patefacat, quam iutis rationibus moveamur, quod agnoscere eum Ordinarium loci detrectemus.

Spem facit benignitas, quæ supplices omnes excipit MAJESTAS VESTRA, fore ut qua attulimus, expendere non gravetur, credatque, dum Viri hujus, sat publico noti, machinationibus violentissime tantisper resistimus, non id nos agere, ut vel Civitatum Vestrum pacem turbemus, vel debita erga VESTRAM MAJESTATEM, & Ecclesiasticos Superiores nostros, detrahamus obseruantia, vel heretici aliquam, erroremve corde tegamus (qua calumnia defuturae non sunt) sed hoc unum nobis propositum esse, Cleri & Ecclesiarij nostrarum, quibus praefimus, jura ut tueamur, liceatque simul cum pace publica, cum observantia VESTRÆ MAJESTATI, & Ecclesiasticis potestatibus debita, cum veritate & justitia illæsa, illæsam etiam conscientiae nostræ pacem integratatemque servare.

Cum porrò fieri nequeat, ut hæc omnia una cum locis & officiis nostris illæsa servemus, nisi æquitas & benignitas Vestra media præscribat, quibus hominis audacissimi temeritas coërceatur, nobisque possessio contra ipsius, aliorumve inquietorum hominum molitiones ac studia fortissime conservetur, MAJESTATI VESTRÆ quanta possimus demissione supplicamus, ut

( 11 )

ut eam erga sacerdotes subditos , ipsique fidelissimos  
bonitatem quantocius ostendere non gravetur. Nos  
interim Deum O. M. deprecari non cessabimus , ut  
MAJESTATEM VESTRAM REGIAM provinciis  
fuis diu servet incolumem.

Potentissime Rex , Serenissime Prin-  
ceps , Clementissime Domine

REGIE MAJESTATIS VESTRAE

*Humillimi ac obedientissimi servi*

PLURES CLIVENSES PRESBYTERI.

20 Octobris  
1705.



N. 32.

Franz Christiane Preissner



- N.1. Provincie Utrecht wzyt de Penitie applicacionis regt Tribunal Justitie  
in vorm 17.9. Jan. 1710.
- N.2. Beschrijving des wzyt extradicione der steden, en de beloyning der Appellations - rechten.
- N.3. Provincie Utrecht, wzyt de wzyt der Hollandsche geestes gezelsch. vande  
volle vorm 17.9. Nov. 1724.
- N.4. Tribunal - Officier wzyt beschrijving der Cominen en  
Justificaties Dordrecht, wzyt auf 17.9. Hollandsch vorm 23. Sept. 1719.
- N.5. Formular vande Tribunal - Hollandsch.
- N.6. Edict wzyt beschrijving der Cominen vande Appelmo Tribunal vorm  
13. April. 1719.
- N.7. Water = Rechten van Gelden en Zaken.
- N.8. Gijzel = Rechten van 't Rijk van Nimegaen.
- N.9. Geldrijke Water = Rechten.
- N.10. Beschrijving der Hollandsche Geestes gezelsch. - beschrijving vande Oor-  
staende - Geestes Blaspield enkelemen ghetogen.
- N.11. Ordening vande Stadhouder des Fryske Rygs over - Gorodt - Embleet. Oct 10. 1708.
- N.12. Dura Civilia Ducatus et Civitatis Zutphanensis.
- N.13. Strijdt tuschen de Kwart en de Heijweg van Hertogen Busch.
- N.14. Extractus uit twee land - brieven aengaende de landerchap  
hechten May en Maal.
- N.15. Copie des nieuwelen Land - briefs van Veluwe.
- N.16. Uitvoering geblieft gedreven by de Werckheling des Justitie Wijfch.
- N.17. Galich - en de Besprijf der Provinciale Regtshuys in causis Revolutionaria  
appellacionum a laude, item in de omnis re dictibz ultra ex. cot. pacto re  
litionis, an 1st. place auctoritate de doctore.
- N.18. Lems - en de Wijcrichter geestes recht - ordening. Bij wijze publiceit.
- N.19. Provinciale Lems - geestes recht - ordening.
- N.20. Revolutio Provinciale geestes recht - ordening. De anno 1620.
- N.21. Provinciale geestes recht - ordening. De anno 1646.



- N. 22. Gezag Wilhelmy ordinarij van Loevenhuy de 1616.
- N. 23. Resolutie der Fm. Hooch van 26.3 Jun. 1639. die resolu-  
tie voorwaardelijc hiervoor schreven.
- N. 24. Concept over van den Loevenhuy en zijn vollemaakten  
tegenover
- N. 25. Constitutione wrygtschafftijc der Noeders in der  
Span.-oorlog de 1618.
- N. 26. Declaratorium hooch de 1619.
- N. 27. Besluit der Loevenhuy en griftsche Ordeijc de 1619.
- N. 28. Zijns=Hertsg. Hertsg. griftsche Ordeijc de 1642.
- N. 29. Zijns=Looenb. Ordeijc de 1650.
- N. 30. Deductioen des standig bestaande van den protestan-  
tischen en lutheranischen in Gulich  
en Berg. de 1664.
- N. 31. Prudentie demonstratio des wrygtschafftijc van  
den herten hertsg. Dr. von Grolz Loevenhuy en  
Hertsg. Veenburg dierf. dater. in 1610. resp. 1612.  
Levertallen, vinsch. de 1610. II. et 12. prob.  
wrygtschafftijc collectie religiosi etc. de 1663.
- N. 32. Supplicatio ad Regem Borussiae Fredericum, que  
quicq; et eccliam suam conservare postulat  
quidam clieves et predicatori. de 1614.
- N. 33. Motie voor dr. Paulus Rosdorff Aerstpredikter  
en overste van het groot convent van de Agnes  
tot Commerick tegen Meckleb. Esthaj Molder van  
het genelde content.
- N. 34. Propositioen Duxij über das Religions-Appell in Gulich  
Alsd. und Berg. v. Hertsg. Hertsg. collectie in Gulich  
opraction de 1664.
- N. 35. Zijns=Hertsg. Declaration wrygtschafftijc  
Vinkenhuysen de 1615.
- N. 36. Hertsg. wrygtschafftijc Indien vryheid die est parke  
der Loevenhuy en zijn vollemaakten  
et schilder gescreven.

- N. 37. Durch den Bisch.- Zug der Lkr.- March - Lüdensberg - und  
Lipstädter Religions - Propaganda.
- N. 38. Verteilung des propositus corporis Evangelicorum von der Zweij  
brücke Pfarrkirche be 10/11. und 19/20. August 1719 auf die  
Kirchen am unteren R. C. Pfarrkirche Pfarr.
- N. 39. Urkunde des Simultanei de 10/11. 1719.
- N. 40. Verteilung des Simultanei de 10/11. 1720.
- N. 41. Gravamina der 2. Katholik. ... der prop. Pfarr  
March.
- N. 42. Definitio des Repräsentanz. Gravaminis & Lkr. Pfarr.
- N. 43. Hans Speyerff. Kirchologus & der Hof- Kurf. Speyer etc.
- N. 44. Wieder Einßatz vor dem Bisch. Trinity Day 1720.  
gegen Zisterziens Religions - Propaganda. De 1720.
- N. 45. Schreiben vom Domkapit. Wolf Meissner und Pfarr Gräfely  
in der dritten 1720. v. Abteilung vom 16. Jan. Bisch. Trinity  
Religion - Propaganda. Beurtheilung der Form 143 Nov. 1720.  
nach dem doppelten descriptorum publicum loqz.
- N. 46. Religious - Commission - Protocollen n. v. in Lkr. Pfarr  
County Wormsweier Religious - Propaganda. etc. vom 6. Jan.  
8. März 1721.
- N. 47. Cath. Gravamina in Diocesis Wormatiensis. B. Dokument.
- N. 48. Descriptum Prospri Salatio. der Winkl. Kirchologus der  
Heidelberg. Catholiken Brust
- N. 49. Gravamina Pfarr. der 2. Katholik. in Lkr. etc. anno  
193 Sept. 1720.
- N. 50. Summarium specification Gravaminum Religious  
der 2. Katholik. in Lkr. March und Lüdensberg etc.
- N. 51. Urkunde des Bischofs auf die von ihm für die Pfarr zu allein  
hier abgeworben Lkr. March. die Gravamina Religious  
Propaganda.

- N.<sup>o</sup> 2. Gravamina Avernia Romano - Catholicorum.
- N.<sup>o</sup> 3. Gravamina Catholicon in Comitate Lauenb.
- N.<sup>o</sup> 4. Abrechnung der Gravaminaen 170 von jähr  
in Proststätten und Markberg umgezogen  
worden.
- N.<sup>o</sup> 5. Schrift des Proprius Erwag. von Prostpräf. Marz  
wegen Schadhaftigkeit del. Gravaminen.
- N.<sup>o</sup> 6. Information vorz. der Heliß. Rechf.
- N.<sup>o</sup> 7. Erbdr. nach der Heliß. Erne - Hoffnung  
Hoff - Neuburgsche Ministerie z. Probstieß  
Halle ab 1686. mit dem grünen Rechf.
- N.<sup>o</sup> 8. Original-Dokumente, die in drey Tafeln = und  
viele Heliß. Konsulat und das rechte Geschäft  
vermischungen sind in drem Religion -  
Werk Hertford. ab 1400.

3









Ko 140  
40

Ko 28

Art.





N. 32

B.I.G.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26	50.80
Farbkarte #13	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black											

C A T I O  
D  
I S S I M U M  
Æ R E G E M  
R I C U M

orum suorum conser-  
fissimè postulant

*in se Presbyteri.*